apostolica inhibemus ne ullus episcopus uel quelibet alia persona ad synodos uel Conventus forenses uos ire uel iudicio seculari de propria substantia uel possessionibus uestris subiacere com- | pellat nec ad domos uestras causa ordines celebrandj. causas tractandj. uel Conuentus aliquos publicos conuocandj uenire presumat nec regularem electionem Abbatis uestri impeditat. aut de instituendo uel remouendo eo qui pro tempore fuerit contra statuta Cister- | ciensis ordinjs se aliquatenus intromittat. Si uero episcopus in cuius parrochia domus uestra fundata est cum humilitate ac deuotione qua conuenit. requisitus substitutum Abbatem benedicere. et alia que ad officium episcopale pertinent uobis conferre renuerit. licitum sit eidem Abbat si tamen sacerdos | fuerit proprios nouitios benedicere. et alia que ad officium suum pertinent exercere. et uobis omnia ab alio episcopo percipere que a uestro fuerint indebite denegata. Illud adicientes ut recipiendjs professionibus que a benedictjs uel a benedicendjs Abbatis exhibentur | ea sint episcopi forma et expressione contenti que ab origine ordinis noscitur instituta. ut scilicet Abbates ipsi saluo ordine suo profiteri debeant. et contra statuta ordinis sui nullam professionem facere compellantur. Pro consecrationibus uero altarium uel ecclesiarum | siue pro oleo sancto uel quolibet alio ecclesiastico sacramento nullus a uobis sub obtentu consuetudinjs uel alio quolibet modo quicquam audeat extorquere. sed hec omnia gratjs uobis episcopus diocesanus impendat. Alioquin liceat uobis quemcumque malueritis catholicum adi- | re antistitem gratiam et communionem apostolice sedjs habentem. qui nostra fretus auctoritate uobis quod postulatur impendat. Quod si sedes diocesanjs episcopi forte uacauerit. interim omnia sacramenta ecclesiastica a uicinjs episcopis accipere libere et absque contradictione | possitis. sic tamen ut ex hoc in posterum proprijs episcopis nullum preiudicium generetur. Quia uero interdum priorum episcoporum copiam non habetis siquem episcopum Romane sedis ut diximus communionem habentem et de quo plenam notitiam habeatjs per uos transire con- | tigerit. ab eo benedictiones

uasorum et uestium. consecrationes altarium. ordinationes  
 monachorum auctoritate sedis apostolice accipere ualeatis.  
 Porro si episcopi uel alij ecclesiarum rectores in monasterium  
 uestrum uel personas inibi constitutas suspensionjs. excom-  
 municationis. uel | interdicti sententiam promulgauerit. siue  
 etiam in mercenarios uestros pro eo quod decimas non soluitjs  
 seu aliqua occasione eorum que uobis ab apostolica benigni-  
 tate indulta sunt. seu in benefactores uestros pro eo quod  
 aliqua uobis beneficia. uel obsequia ex caritate prestiterint |  
 uel ad laborandum adiuuerint. in illjs diebus in quibus uos  
 laboratis et alij feriantur eandem sententiam protulerint. ipsam  
 tanquam contra sedis apostolice indulta prolatam duximus  
 irritandam. nec littere ulle firmitatem habeant quas tacito  
 nomine Cisterciensis ordinjs et contra | tenorem apostolicorum  
 privilegiorum constiterit impetrari. Preterea cum commune  
 interdictum terre fuerit. liceat uobis nichilominus in uestro  
 monasterio exclusis excommunicatjs et interdictjs divina officia  
 celebrare. Paci quoque et tranquillitatj uestre paterna in po-  
 sterum | sollicitudine prouidere uolentes. auctoritate aposto-  
 lica prohibemus. ut infra clausuras locorum seu Grangiarum  
 uestrarum nullus rapinam seu furtum facere. ignem apponere.  
 sanguinem fundere. hominem temere capere uel interficere.  
 seu violentiam audeat exercere. Preterea omnes liberta- | tes  
 et immunitates a predecessoribus nostrjs Romanjs Pontificibus  
 ordinj uestro concessas. necnon et libertates et exemptiones  
 secularium exactionum a Regibus et Principibus uel alijs fideli-  
 bus rationabiliter uobis indultas auctoritate apostolica con-  
 firmamus. et presentis scrip- | ti priuilegio communimus.  
 Decernimus ergo ut nullj omnino hominum liceat prefatum mo-  
 nasterium temere perturbare aut eius possessiones auferre.  
 uel ablatas retinere. minuere. seu quibuslibet uexationibus  
 fatigare. sed omnia integra conseruentur eorum pro quorum  
 gubernatione | ac sustentatione concessa sunt usibus omni-  
 modjs profutura salva sedis apostolice auctoritate. Si qua igitur  
 in futurum ecclesiastica secularisue persona hanc nostre con-  
 stitutionjs paginam sciens contra eam temere uenire temptauerit.

secundo tertioe commonita nisi reatum suum congrua | satisfactione correxerit. potestatis honorjsque sui careat dignitate. reamque se diuino iudicio existere de perpetrata iniuitate cognoscat. et a sacratissimo corpore et sanguine dei et domini redemptoris nostri iesu christi aliena fiat. atque in extremo examine diuine ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco sua iura seruantibus sit pax domini nostri iesu christi. Quatinus et hic fructum bone actionis percipient et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant. Amen. Amen.

Ego Innocentius catholice ecclesie Episcopus.

Ego Petrus Portuensis et sancte Rufine Episcopus.

Ego Johannes Albanensis Episcopus.

Ego Johannes Sabinensis Episcopus.

Ego Nicholaus Tusculanus Episcopus.

Ego Cinthius. tituli sancti Laurentij in Lucina presbyter Cardinalis.

Ego Cenejus sanctorum Johannis et Pauli presbyter Cardinalis titulo pamachij.

Ego Petrus tituli sancti Marcelli presbyter Cardinalis.

Ego Leo tituli sancte crucis in ierusalem presbyter Cardinalis.

Ego Gregorius Sancti Georgii ad uelum aureum Diaconus Cardinalis.

Ego Guido Sanctj Nycolai in carcere tulliano diaconus Cardinalis.

Ego Guala Sancte Marie in porticu diaconus Cardinalis.

Ego Octavianus Sanctorum Sergij et Bachi Diaconus Cardinalis.

Datum Laterani per manum Johannis Sancte Marie in Consmidin Diaconi Cardinalis Sancte Romane ecclesie Cancellarij. viij. Idus Nouembris. Indictione xij. Incarnationis dominice Anno M<sup>0</sup> cc<sup>0</sup> ix<sup>0</sup> Pontificatus uero domni Innocentii pape iij. Anno Duodecimo.

---

## 6.

1210 April 9.

Papst Innocenz III. beauftragt den Erzbischof von Mainz, die Suffragan-Bischöfe und die gesammte Geistlichkeit dieser Kirchenprovinz, das Kloster St. Urban gegen alle Beeinträchtigungen zu schützen.

Innocentius episcopus seruus seruorum dei. Venerabilibus fratribus . . Maguntinensi Archiepiscopo et Suffraganejs eius. et Dilectis filijs Abbatibus. Prioribus. Decanis. Archidiaco- njs et alijs ecclesiarum Prelatis in Maguntinensi Prouincia constitutis salutem et apostolicam benedictionem. Non absque dolore cordis et plurima turbatione didicimus. quod ita in ple- | risque partibus ecclesiastica censura dissoluitur et cano- nice sententie seueritas eneruatur. ut uiri religiosi et hij ma- xime qui per sedis apostolice priuilegia maiori donati | sunt libertate passim a malefactoribus suis iniurias sustineant et ra- pinas. dum uix inuenitur qui congrua illis protectione sub- ueniat et pro fouenda pauperum innocen- | tia se murum de- fensionjs apponat. Specialiter autem dilecti filii . . Abbas et Monachi sancti Vrbani Cisterciensis ordinis tam de frequentibus iniurijs quam de ipso co- | tidiano defectu iustitie conqueren- tes. Vniuersitatem uestram litteris apostolicis excitari. ut ita uidelicet eis in tribulationibus suis contra malefactores eorum | prompta debeatis magnanimitate consurgere. quod ab angustijs quas sustinent et pressuris uestro possint presidio respirare. Ideoque Vniuersitati uestre per apostolica scripta | mandamus. atque precipimus. quatinus illos qui possessiones uel res seu domos predictorum fratrum uel hominum suorum irreuerenter inuaserint. aut ea iniuste detinue- | rint. que predictis fratribus ex testamento decedentium relinquuntur. seu in ipsos fratres contra apostolice sedis indulta sententiam excommunicationis aut interdicti presumpserint promulgare. uel decimas laborum seu nutrimentorum ipsorum spretis apostolice sedis priuilegijs extorquere. monitione premissa si laici fuerint publice candelis ac- | censis excommunicationis sen- tentia percellatis. Si uero clerici uel Canonici regulares seu

Monachi fuerint eos appellatione remota ab officio et beneficio suspendatis. neu- | tram relaxaturi sententiam donec predi-  
tis fratribus plenarie satisfaciant. et tam laici quam clerici  
seculares qui pro uiolenta manuum iniectione anathematis uin-  
culo | fuerint innodati. cum diocesani episcopi litteris ad se-  
dem apostolicam uenientes. ab eodem uinculo mereantur ab-  
solui. De Monachis uero et Canonicis regularibus id ser- |  
uetur. ut si eiusdem claustrum fratres manus in se iniecerint  
uiolentas. per Abbatem proprium. Si uero unius claustrum  
frater in fratrem alterius claustrum huius modi presump- | se-  
rit uiolentiam exercere. per iniuriam et inferentis Abbates  
absolutionis beneficium assequantur. etiam si eorum aliqui  
piusquam habitum reciperent regu- | larem tale aliquid  
commiserint propter quod ipso actu excommunicationis sen-  
tentiam incurrisse. nisi excessus ipsorum esset difficilis et  
enormis. ut pote si esset | ad mutilationem membra. uel  
sanguinis effusionem processum. aut uiolenta manus in Epis-  
copum uel Abbatem iniecta. cum excessus tales et similes  
sine scandalo ne- | queant preteriri. Si uero in clericos  
seculares manus iniecerint. pro uitando scandalo mittantur  
ad sedem apostolicam absoluendi. Villas autem in quibus  
bona predic- | torum fratum uel hominum suorum per uiol-  
entiam detenta fuerint. quamdiu ibi sunt interdicti sententie  
supponatis. Datum Laterani | V. Idus Aprilis Pontificatus  
nostrri Anno Tertiodecimo.<sup>1)</sup>

---

<sup>1)</sup> Am nämlichen Tage erließ Papst Innocenz eine gleichlautende Bulle an den Erzbischof, die Suffraganen und die Geistlichkeit der Kirchenprovinz Bisanz. — Die Besitzungen des Klosters lagen in den Diözesen Constanz und Basel, somit in diesen beiden Kirchenprovinzen.

## 7.

Zu Anfang des 13. Jahrh.

Anshelm von Rüdlingen vergab dem Kloster St. Urban einen Weinberg,  
Acker- und Wiesenland nebst Gebäulichkeiten.

Anshelmus de ruodilincon contulit huic ecclesie tria jugera |  
unearum. Decem iugera agri. quartam dimidiam partem pra-  
torum | et duas curias, et lapideum cellarium. et toreular.  
et pomerium.<sup>1)</sup>

---

<sup>1)</sup> Aus einem handschriftlichen, sehr alten Benedictionale.

## 8.

1227 — 56.

Abt C. und der Convent von Wettingen übergeben dem Kloster St. Urban  
tauschweise all ihr Gut zu Wangen.

Nouerint tam presentes quam posteri quod C. dictus abbas  
in Wetingen et conuentus ibidem | omne premium suum situm  
in Wangin conuentu sancti Vrbani cum omni iure et | omni-  
bus pertinentiis suis tradiderunt perpetuo possidendum. iustum  
et plena- | riam Warandiam super eodem predio fideliter pro-  
mittentes. Et ut hec rata per- | maneant sigilli sui presentem  
paginam firmauerunt.<sup>1)</sup>

---

<sup>1)</sup> Das Siegel hängt. — Abt Konrad I. stand 1227 — 56 dem Kloster  
Wettingen vor.

## 9.

1228 Mai 6.

Papst Gregor IX. trägt dem Bischof und dem Dompropst von Constanz und dem Abte von Petershausen auf, daß der durch Innocenz III. geschlossene Vergleich zwischen dem Kloster St. Urban und dem Ritterhause Thunstetten beobachtet und ein dagegen erlassener Schiedspruch aufgehoben werde.

Gregorius episcopus seruus seruorum dej. Venerabilj fratri ..  
 Episcoopo et Dilectis filijs .. Preposito Constantiensi et ..  
 Abbati | de Domo Petri Constantiensis dioecesis, Salutem et  
 apostolicam benedictionem. Ex parte dilectorum filiorum Con-  
 uentus Monasterij sancti Vrbanj | Cisterciensis ordinis fuit  
 propositum coram nobis. quod cum olim inter.. Abbatem  
 eorum et ipsos ex parte una. et fratres Domus | Hospitalis  
 Jerosolimitanj de Tuncstetin Constantiensis dioecesis ex altera,  
 super quibusdam decimis coram.. Abbe de Mure suisque |  
 coiudicibus auctoritate felicis recordationis Innocentij pape  
 Predecessoris nostri questio fuerit diutius agitata. demum cau- |  
 sa ipsa ad dictum Predecessorem nostrum per appellationem delata,  
 idem bone memorie. A. sancti Adrianj et. B. sancti Georgij ad  
 uelum | aureum diaconos Cardinales concessit utrique parti super  
 eodem negotio auditores. quibus que coram eis proposita fuerant  
 eidem prede- | cessori nostro fideliter referentibus idem prede-  
 cessor noster causam ipsam amicabili compositione sopiuit.  
 dans uobis suis litteris in | mandatis ut compositionem ipsam  
 faceretis per censuram ecclesiasticam firmiter obseruari. Con-  
 tradictores censura ecclesiastica com- | pescendo. Verum cum  
 memoratis fratribus contra compositionem ipsam quam per  
 quindecim annos et amplius pacifice obseruarant temere uenien-  
 tibus | dictus Abbas a uobis mandatum super hoc exequi  
 apostolicum postulasset et uobis asserentibus uos mandatore  
 mortuo iurisdictionem aliquam non habere, | prefatus Abbas  
 ipsis inconsultis et minime requisitis in.. Abbatem de Vriens-  
 perc et quosdam alios laicos cum.. Priore et.. Cellerario  
 prefati Mo- | nasterij sub certa pena tanquam in arbitrios  
 compromisit. qui perperam in arbitrio procedentes, sunt ta-

liter in ipsius Monasterij preiudicium | arbitrati, uidelicet quod predicti Abbas et Conuentus compositionj per eundem Predecessorem nostrum inite renuntiarent. et litteras apostolicas super | ipsam confectas traderent cuidam laico cancellandas. quorum arbitrio ex parte ipsius Conuentus statim extitit contradictum. | Quare ipsius Monasterij indemnitati prouideri a nobis humiliter postularunt. Ideoque discretionj uestre per apostolica scripta mandamus | quatinus si est ita, dictum arbitrium denuntiantes penitus esse nullum in executione mandatia postolici super obseruatione compositionis ipsius | ad uos directi procedere procuretis. iuxta traditam uobis formam. Quod si non omnes hijs exequendis potueritis interesse, tu ea frater episcope | cum eorum altero nichilominus exequaris. Datum Reate ij. Nonas Maij. Pontificatus nostrj Anno Secundo.<sup>1)</sup>

---

<sup>1)</sup> Die Bleibulle hängt.

## 10.

1233 April 27.

Papst Gregor IX. nimmt das Gotteshaus St. Urban mit all seinem Gut, insbesondere die neuerworbenen Besitzungen, in den apostolischen Schirm.

Gregorius episcopus seruus seruorum dej. Dilectis filiis . .  
Abbati et Conuentu Sancti Vrbani cisterciensis ordinis Constantiensis diocesis. Salutem et apostolicam benedictionem. Cum a. nobis petitur quod iustum est et honestum tam uigor equitatis quam | ordo exigit rationis. ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Eapropter dilecti in domino filij uestris iustis precibus inclinati personae uestras. et Monasterium Sancti Vrbani in quo diuino estis obsequio mancipati cum omnibus bonis que impresentiarum rationabiliter possidet aut in futurum iustis modis | prestante domino poterit adipisci sub beati Petri et nostra protectione suscipimus. Specialiter autem Grangiam | de Habechenesheim.

cum omnibus suis pertinentijs. in Detwil. in Langatun. in Vren. in Ruti. et in Ruswile | predia cum suis pertinentijs. terras quoque. possessiones. redditus. et alia bona uestra sicut ea omnia iuste ac | pacifice possidetis uobis et per uos dicto Monasterio auctoritate apostolica confirmamus. | et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc pagi- | nam nostre protectionis et confirmationis infringere. uel ei ausu temerario contraire. Siquis | autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis dej. et beatorum Petri et Pauli | Apostolorum eius se nouerit incursum. Datum Laterani V. kalendas Maij. Pontificatus nostri Anno Septimo.

---

## 11.

1234.

Die Dorfleute von Bußwil und thre Herren, die Jungherrn von Balm, erklären, daß sie nur durch Vergünstigung des Klosters St. Urban Nutzung auf der Weide zu Habcherig haben, und treten von ihren Ansprüchen zurück.

Quoniam labilis est memoria hominum nec habent firmitatem que scriptorum uel testium auctoritate non firmantur. Notum | facimus presentibus et futuris. quod cum homines de Buosh- wilre usuarium in pascuis de Hafgren contra iustitiam usur- | passent. tandem per censuram ecclesiasticam compulsi coram ecclesia de Duthwilre recognouerunt sponte se nul- | lum ius habere in pascuis uille memorare. nisi quantum de permis- sione et bona uoluntate domus Sancti Vrbani pos- | sent optinere. Si uero dampnum aliquid pecora de Buoswilre hominibus de Hafgren intulerint. statim facta estimatione | infra viij. dies restitutionem plenariam facient. quod si neglexerint poterit domus sancti Vrbani permissionem factam | reuocare. et communitatem pascuarum denegare. Actum anno dominij. M<sup>0</sup>. cc<sup>0</sup>. xxxiiij<sup>0</sup>. presentibus domino Heinrico de Langenstein. Domino Walthero de Rorbach. et domicellis

de Balma quorum est uilla de Buoshwilre memo- | rata. qui et protestati sunt cum hominibus dicte uille se nichil juris habere in pascuis sepe prelibatis. Ne autem temporis | obliuione presens factum possit infirmarj presens pagina Abbatis Sanctj Vrbanj. Dominorum de Langenstein. et puerorum | de Balma sigillis est roborata.<sup>1)</sup>

---

<sup>1)</sup> Das Siegel der Herren von Langenstein ist das Grünenbergische mit der Umschrift + SIGILLVM DNORVM DE GRVNENBERG; das Balmische fehlt.

## 12.

1239.

Die edle Frau Adelheid genannt von Uren vergabt dem Kloster St. Urban eine Summe Geldes zum Ankauf von Gütern zu Langenthal, im Stechholz und zu Ludlingen, und stiftet damit zwei Jahrzeiten und ein Nachtlcht vor dem Altar des hl. Ulrich.

Sicut tempus numquam est stabile. sed fluens defluit. ita quoque cum ipso tempore fluunt et defluunt actiones. Ne ergo labatur cum tempore quod modo geritur eternari debet uoce testium et testimonio literarum. Vnde | sciant tam presentes quam posteri quod nobilis matrona Adelhedis nomine dicta de Vren. contulit huic | domui santj Vrbani summam peccunie in emtione quorundam prediorum scilicet in Langatun et in Sthecolz. | ea conditione quod de Censu antedictorum prediorum singulis annis duo anniuersaria conuentui ad refectionem | ipsorum splendide ac plenarie a priore et subcellerario administrantur. unum in anniuersario mariti eius. | alterum in festo Johannis Evangeliste omnibus diebus uite sue. post obitum vero ipsius die depositionis eiusdem. Preterea emit | aliud allodium in Ludeligin quod reddit ix. solidos. ita ut lumen singulis noctibus ardeat coram altare sancti Vlrici | et ibi indeficiens perseueret. Ut autem ista firma sint et a nullo hominum penitus infringenda. Ego Frater D. dictus abbas de Lucela cum | consensu abbatis domus istius fecimus mandare

literis et sigillorum nostrorum munimine roborari. Acta sunt  
hec | anno ab incarnatione domini M. cc. xxxjx.<sup>1)</sup>

<sup>1)</sup> Die Siegel hängen. — Adelheid heißt im ältesten Urbar „Soror nostra de Rota“, und scheint Gründerin oder Vorsteherin eines Schwesternhauses zu Roth gewesen zu sein, wo laut Ueberlieferung Beginen sich befanden.

## 13.

1241 Jan. 31.

Abt H. und der Convent von St. Urban leihen ihr Haus zu Basel an Konrad den Herold von Basel zum Erblehen.

Omnibus presens scriptum inspecturis. Frater H. dictus abbas et conuentus sancti Vrbanj salutem in vero salutarj. | Ab humana facilius labuntur memoria que non fuerint uoce testium uel litterarum testimonio eternata. Nouerint igitur | omnes quibus nosse opportunum fuerit. quod nos domum no- stram in Basilea dictam de Scheftlanch. sitam in libera strata concessimus Chuonrado preconi ipsius ciuitatis et suis legittimis heredibus iure succendentibus | in perpetuum possidenda. et pro hac concessione predictus C. contulit nostro capitulo xvij. marcas puri argenti tali nihilomi- | nus adiecta conditione quod ipse et sui legittimi heredes singulis annis in purifica- tione gloriose uirginis libram cere | ad pondus Basiliense nostre domui persoluent. actum coram iudicio Ottone Scalario tunc temporis in sede iudici- | aria sedente et ab ipso per sententiam inquirente. si talis concessio que in audientia tam honestorum uirorum quos ad hoc | curauimus annotari. scilicet Chuonradi vor Gazzvn. Chraſt. Gotfridi de Eptingen. Rvo. et fratriſ ſui. C. | imme Chorinmergite militum. Chuononis pincerne. B. de ceruo. R. de corona. H. de Buggin- gen | villici de Arleshem. Chuononis Hutluppe et aliorum burgensium predicte ciuitatis. firma et inuiolabi- | lis possit permanere. ipsis consentientibus. fecimus ea mandare litteris. quantum ne in posterum aliqua possit sub- | oriri calumpnia. ac sigilli nostri munimine dignum duximus confirmare. Datum

apud Basileam. anno domini M<sup>0</sup>. | cc<sup>0</sup>. xl<sup>0</sup>. j<sup>0</sup>. Indictione  
xiiij. die iouis. ij. Kalendas. Februarii.<sup>1)</sup>

<sup>1)</sup> Das Siegel hängt. — Vergl. den fehlervollen Abdruck bei Döös, Geschichte von Basel I., 325.

## 14.

1245.

Propst Rudolf (von Froburg) und das Kapitel von Zofingen verkaufen an  
Abt und Convent von St. Urban ein Allod zu Langnau.

Ne Labantur cum tempore que geruntur in tempore. Solent  
in Linguis | testium poni. et Scriptorum calamo perhennarj.  
Norint igitur quos nosse | facerit oportunum, quod nos. Ru-  
dolfs Prepositus. et Capitulum Ecclesie | zovingensis. pari  
consensu et vnanimi voluntate. vendidimus precio xvj. | Mar-  
carum venerabilibus in Christo.. Abbatj et Conventuj Sanctj  
Vrbani. | Cisterciensis ordinis Constanciensis diocesis Allodium  
quod Ecclesia nostra habuit in | Langnowa in agris. pratis.  
pascuis, arbustis. nemoribus. et aqua- | rum decursibus.  
nec non et cum aliis universis pertinentijs suis. ab eisdem |  
religiosis perpetuo possidendum. Testes qui huic Venditionj |  
interfuerunt sunt. Henricus Canio plebanus in Oltun. Con-  
radus | plebanus in Knutwile. Conradus plebanus in Kilch-  
berch. Walthe- | rus plebanus in Meriswandun. Sacerdotes.  
Henricus dyaconus plebanus | in Stena. Wernherus plebanus  
in Vvolmerringen. Bernerus plebanus in Richin- | bach. Sub-  
diaconj. omnes supradictj Canonici Zovingenses. et quam |  
plures alij fide dignj. Ut autem hec in posterum permaneant  
inconuul- | sa memoratis fratribus nos. Prepositus et Capitu-  
lum zofingense dedimus hanc | paginam nostrorum Sigillorum  
munimine roboratam. Acta sunt hec Anno | incarnatj uerbi  
M<sup>0</sup>. cc<sup>00</sup>. xL<sup>0</sup>. Quinto in Choro Zouingensi.<sup>1)</sup>

<sup>1)</sup> Das erste schildförmige Siegel hat das Wappen der Grafen von Froburg  
mit der Umschrift † S. R. PPOST..... VIGEN.; das zweite größere,  
runde stellt den hl. Mauritius dar † SIGILLVM. CAPITVLI. ZOVING...

— Da die sieben nicht residirenden Chorherren als Zeugen genannt werden, scheinen sie nicht als Glieder des Kapitels zu gelten.

---

## 15.

1246.

Abt U. von St. Urban leibt eine Schuppose zu Gosserwil, welche Rudolf von Hergiswil dem Kloster vergabte, diesem und dessen Ehefrau B. lebenslänglich zu Lehen.

Frater W. dictus Abbas Sancti Vrbanj. omnibus ad quos presens scriptum peruererit salutem in eo qui est salus omnium. Intimandum | perutile duximus uniuersitatj uestre. quod nos scopozam apud Gosserwile sitam quam Rvodolfus dictus de Hergoswile nobis | pleno iure sicut potuit et debuit pro remedio anime sue contulit. concessimus eidem et sue coniugi. B. dicte ea conditione. quod cunctis | diebus uite ipsorum censem xxxta. denariorum monasterio nostro pesoluant. ita tamen quod Scopoza supra scripta ad ipsorum heredes | nullomodo remeabit. sed libere et absolute post decesum prelibatorum ad nos redibit. Ut autem ista illjbata permaneant presentem cedulam eisdem dedimus sigilli nostrj munimine consignatam. Actum Anno domini. M. cc. xl<sup>0</sup> vi<sup>0</sup>. Indictionis vi.<sup>1)</sup>

1) Vom Siegel hängt ein Bruchstück.

---

## 16.

1246 März 2.

Rudolf Sarrasin, Priester von Mühlhausen, vergab all sein Gut zu Mühlhausen dem Kloster St. Urban und behält sich und seinen nächsten Erben lebenslänglichen Besitz vor.

Quoniam lites plurimas et questiones multas interimit, si de retroactis fidem adhibeat scripturarum auctoritas efficax attestatrix. Norint presentes | et posteri quod Rodoflus Sacerdos de Mvlhvsehen dictus Sarracin. quicquid in possessionibus tam mobilibus quam immobilibus infra septa de | Mvl-

hysen ad presens habet et possidet, domui sancti vrbani et fratribus ibidem deo et beate Marie famulantibus contulit et in testamentum anime sue legauit, tali conditione et conventione, quod ipse quamdiu uixerit et accipere uoluerit fructum annum predictarum rerum percipiatur, et etiam filius ipsius Hertwigus et illius heredes legitimj. supra dicta bona pro annuo censu uidelicet trium solidorum Basiliensis monete usque ad terminum uite sue possideant et ius proprietatis tamen attineat domui supra scripte. Hoc tamen nichilominus prouiso, vt si aliqua evidens necessitas medio tempore emergerit, liceat supradicto. R. Sacerdoti sepe fata bona de consilio et auxilio predictorum religiosorum uendere et ad usus sibi necessarios expendere, ita tamen quod supra fatis religiosis, prius sepe dicta bona uendenda exhibeat, si ea uoluerint comparare, et sic ei liceat alias si necesse fuerit ea exponere ut dictum est ad suos vsus. In huius rej testimonium presens pagina sigillo capituli Basiliensis Ecclesie est Roborata. Actum anno dominj. M. cc. x<sup>0</sup>. 1. vj<sup>0</sup>. vj<sup>0</sup>. nonas Marcij. <sup>1)</sup>

---

<sup>1)</sup> Vom Siegel ein Bruchstück. — Sol. Wochbl. 1831, 128 — 29 hat einen fehlerhaften Abdruck und das irrite Jahresdatum 1240.

### A d d r ä g e.

#### 17.

1263 Febr. 23.

Der Freie Lvtold von Spigenberg verfaust einen Acker zu Schöß dem Kloster St. Urban.

Qwe geruntur in tempore, ne labantur cum tempore, solent litterarum apici- bus. et ore testium perhennari. Sciant igitur tam presentes quam posteri quod vir nobilis Lvtoldus dictus de Spicenperc Agrum situm apud Schoz quod ipse possederat iure proprietatis. vendidit Abbati et conventu sancti vrbani pro Tribus libris. et x. solidis Tvricensis monete. in perpetuum ab eisdem possidendum promittens

de dicto agro warandiam. si quis dictum conventum | super eo indebite vexauerit. Huius rei Testes sunt. dominus Vol. de Arbure filius patrui sui. Fr. B. conversus sancti Vrbanj. Wernherus de Hirvli- | con. R. de Ingwile. Winingere Sutor. et alii quam plures. In | huius rei testimonium presentem paginam dedit sigillo filii patrui suj | diligenter roboratam. Datum Anno domini. M. cc. Lx iij<sup>0</sup> in vigilia Matie | apostoli.<sup>1)</sup>

<sup>1)</sup>) Das Siegel hängt: † S. V. .... BVRC. CANON. BERON. vgl. Kopp, Gesch. d. eidg. Bünde II, 401.

## 18.

1285 Mai 9.

Nikolaus von Fischbach vergibt Haus und Garten in Zofingen dem Kloster St. Urban und empfängt sie wieder zu Erblehen; er tritt auch Güter zu Langnau ab und vergibt zu Schönenstül.

Nouerint vniuersj presentium inspectores quod. Ego Nicolaus. dictus. de Vispach. dedj et contulj | do et confero per presentes. in puram elemosinam. Domum meam. sitam in Zouingen. In Ciuitate Superiorj | Juxta fontem. cum horreo. stabulis. pomerio. ac suis vniuersis attinentiis. ortum quoque meum. situm | aute portam superiorem. Abbatj et Conuentuj Domus Sanctj Vrbanj. Jus quod in ipsis bonis habebam | in ipsos absolute ac omnimode transfundendo. Ipsi vero mihi ad vitam meam tantummodo. ab filiis legitti- | mis. si quos genuero. predictam Domum. cum suis attinentiis. pro annuo censu vnius libre cere | concedere tenebuntur. Insuper bona sita apud Langnowa. quorum proprietas spectat ad Ecclesiam Sanctj Vrbanj. | que ego ad vitam meam habere debebam. ipsis renuntio penitus. et resigno. ac relinquo eisdem penitus | absoluta. Bona quoque sita apud Schonutvlla. que ad me Jure hereditario pertinent. prefate | Ecclesie In puram Elemosinam confero per presentes. Testes huius rej sunt. Jo. de Fridowa. Nicolaus | de Rinvelden. monachi Sanctj Vrbanj. Bur. de Tvtwile. Canonicus Zouingensis. Jo.

*Plebanus de | Wulunbach. Vlricus de Arowa. Sacerdos.  
Frater Vlricus Mercator Conuersus Sanctj Vrbanj. In cuius  
rej | testimonium presentem litteram predictis religiosis. Sigil-  
lis Capituli Zouingensis. ac prefatj Dominj Bur. | de Tutwile  
tradidj communitam. Nos vero. Capitulum. ac ego Bur. pre-  
dictus. Sigilla nostra. ad peti- | tionem prefatj Nicolaj. pre-  
sentibus duximus apponenda. Datum et actum. Anno Dominj.  
M<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. Lxxxv<sup>o</sup>. | feria quarta ante festum Penthecostes.<sup>1)</sup>*

---

<sup>1)</sup> Die zwei Siegel hängen, das zweite mit der Umschrift: † S. BVRC.  
RECTORIS. ECCLIE. I. BIPPO. — Am nämlichen Tage genehmigt  
der Vater Jakob von Fischbach die Vergabung.

## 19.

1288 April 29.

Ritter Heinrich von Pfaffenbach tritt seiner Mutter Mechtilde (von Hagberg)  
den lebenslänglichen Genuss von Gütern zu Kappel, Stühlingen, Wil  
bei der Wartburg, Uffikon und Oechwil ab.

Cum res gesta mandatur litteris nec obliuionis dampna  
metuit nec impugnantis calumpniam expauescit. Norint igitur  
presentium inspectores et auditores vniuersi, quod Ego. H. de  
Phaphena Miles, bonorum consilio mediante, predilecte Matri  
mee, domine | Mechdildi redditus quinque librarum videlicet  
in Kappella. xx. Solidos in Stueslingen. x. Solidos in Wile  
prope Warberg. xxi. Solidos. In | Vffinchon. xv. Modios  
Spelte et Auene et in Oechswile malderum Spelte et xij.  
Solidos pro tempore uite sue pacifice cum suis prouen- | tibus  
et attinetiis omnibus possidendos tradidi et reliqui, Profitens  
in scriptis nullam potestatem me habere ordinandi uel | faciendi  
in dictis possessionibus per quod dicta domina Mechdildis  
Mater mea predilecta possit diebus suis possessione quieta et  
paci- | fica spoliari; Sane notandum cum bona in vffinchon  
et in Oechswile per amate Coniugi mee domine Adelheidi de  
Kyenberg | nomine Sponsalitii quod uulgo lipgedinge dicitur  
assignauimus, si matri mee premortuus fuero dicta bona eidem

Coniugi | mee libera remanebunt, et prelibata mater mea Jure hereditario quod ei competit in omnibns bonis meis succedet non | obstante cuiuslibet hominis contradictione; Ceterum cum predicta domina Mechdildis Mater mea bonis mobilibus quas una mecum | possidebat, uoluntarie immo conditionaliter renuntiavit. xi. libras denariorum pro ipsis me dare promisi et per presentes promitto eidem | Renuntians pro me ac meis consanguineis siue affinibus vniuersis, omni beneficio Juris tam Canonici quam Ciuilis, Consuetudinis, | Statuti, priuilegii, in integrum restitutionis et totius in contrarium allegationis, per quod huic ordinationi posset ad presens uel | in posterum derogari; Testes hujus, rei sunt. Dominus Rud. de Howenstein Monachus domus Sancti Vrbani. Dietmarus | avunculus meus et H. Dapifer de Vroburg, aliique plurimi fide digni; In premissorum etiam testimonium sigillum meum duxi | presentibus apponendum; Actum et datum in Castro Sateln Anno domini M<sup>o</sup>. cc<sup>o</sup>. lxxx. octauo. iij. Kalendas Maji. Indictione prima.

---

## 20.

1289 April 20.

Ritter Ulrich vom Stein verzichtet für das Kloster St. Urban auf seine Ansprüche an die Wälder und Baumgärten auf dem Homberg und empfängt dafür auf Lebenszeit ein Gut zu Ueschi.

Cum res gesta mandatur litteris nec obliuionis dampna metuit nec inpugnantis calumpniam expauescit, Nouerint igitur presentium inspectores et auditores vniuersi, quod inter me Vol. | de Lapide militem ex vna, et inter dominum.. Abbatem et Conuentum Monasterij Sanctj Vrbanj Cysterciensis ordinis ex parte altera Questio mouebatur super quibusdam siluis et pomerijs in Monte | qui uulgo Honberg dicitur sitis, tandem multis hinc inde allegatis, utrinque compromissum est in viros honestos, qui diutina deliberatione et maturo consilio prehabito, arbitratj sunt, quod Ego Vol. de Lapide predictus, nichil Juris habebam uel habere poteram in siluis uel pomerio quod

mihi competere dicebam, Cui arbitrio consentiens uoluntarie, profiteor hoc scripto quod nec mihi nec aliquj heredum meorum de cetero licebit aliquid attemptare uerbo uel facto per quod Domus Sanctj Vrbanj posset in Monte | dicto Honberg prescripto, possessioni quieta seu pacifica priuarj, Presertim, cum pro me ac meis heredibus vniuersis, renuntiem Jurj quod michj competere poterat uel etiam uide- | batur in eodem Monte Honberg, Ita quod.. Abbas et Conuentus dicte Domus Sanctj Vrbanj liberam habeant facultatem de dictis siluis, pomerio, et aliis que inpetebam ordinandj | ac faciendj omnj tempore quod Sibi uisum fuerit expedire me meisque heredibus penitus irrequisitis, Significo quippe presentium tenore, quod dominus. Abbas et Conuentus | predictj, quandam Scopozam in Esche sitam vj. solidos et. iij. Modios Spalte reddentem michi ad uitam meam dumtaxat concesserunt, ne diutius inter me et ipsos predicta | Questio uentilaretur, Que etiam Scopoza ad ipsos reuertetur postquam mortuus fuero, nec aliquis heredum meorum hoc contradicere debet uel petere nisi forte. | x. libras denariorum monete visualis in emptionem alterius Scopose tantumdem valentis contulerint, ut annuatim quondam Domine Ite vxoris mec Anniuersarium in Festo beatj | Benedictj apud Sanctum Vrbanum in Conuentu ex redditibus dicte Scopose in Esche, uel alterius cum. x. libris empti, perpetuo celebretur; Ceterum de duabus Scoposis in Hermanswile, que post meum obitum ad domum Sanctj Vrbanj per donationem quam inter uiuos feci sollempniter, deuoluentur, hoc significo, quod nullus successorum meorum | aliquod Jus in ipsis habere poterit, sed cum earum redditibus meum anniuersarium celebrabitur, Et nichilominus conditiones in litteris super hoc confectis, inuiolabiliter obser- | uabuntur, hoc pre omnibus cognito, quod nec michi nec alicuj meo nomine remanet actio, quicquam agendj super pomerio et siluis que in Honberg michi competere dicebam; | Si enim aliquot Jus inibj habere potuj huc usque, talj Juri renuntiauj et renuntio penitus per presentes, nolens aliquot beneficium legum uel decretorum in hujus modj renuntiationis | abolitionem, michi

uel meis heredibus patrocinarj; Testes huius rej sunt dominus Wern. Maior Cellerarius dominus Johannes de Wimenowe dominus Johannes Kecho Monachi domus Sanctj Vr- | banj alijque plurimj fide dignj; In premissorum etiam testimonium Sigilla honorabilinm dominj.. Decanj in Blechenbach et dominj Vol. de Balma Nobis meumque Sigillum huic littere | sunt appensa; Nos uero. Luet. Decanus et Vol. de Balma predictj de rogatu dominj Vol. de Lapide Militis, hanc litteram sigillis nostris fecimus roborarj; Datum et actum Lan- | gatun Anno dominj M<sup>o</sup> cc<sup>o</sup> lxxx<sup>o</sup> Nono. xij. Kalendas Maij. Indictione. ija.

- 
- 1) Die drei Siegel hangen, das erste mit einem schreitenden Löwen und der Umschrift: † S. LVTPRANDI. DECANI. IN. BLEIKENBAH., das zweite in einer Kapsel mit dem springenden Löwen der von Balm. das dritte mit dem Gürtel der vom Stein. — Zur Ergänzung vgl. die Jahrzeitstiftung Ulrichs vom Stein in St. Urban 1289 April 28. (Sol. Wochbl. 1823, 196).

## 21.

1305 Sept. 29.

Junker Rudolf von Roggliswil entzieht sich der Vogtei und der Rechte auf ein Gut zu Roggliswil, das Gunzi und Joh. Hebstrit dem Kloster St. Urban verkauften.

Ich Rvodolf ein iungherre von Roggliswile twont kint allen den die disen | brief an sehent oder hoerent lesen, daz ich vf han gegen, vnd mich erthigen | han an Evencis hand Hebstrit, vnd sins brvoders Johans, der votteigt vnd alles des rechtes des ich hatte oder wande han, an dem gvote ze Rog- | liswile daz da bütwt Zecli der wolsleger, vnd giltet vj Schilling vnd iiiij den. da si ver= | kovf hent dem gozhys von saut urban, vnd verzihet mich alles der rechtes | es si geisslich oder weltlich für mich vnd alle min erben da mit ich oder sū nū | oder har na möctin dis ding wider triben, Dis dinges gezüge sint, Rvodolf von der palma, volrich von grvonnenberch Jungherre, vnd oswalt, vnd ander | biderber lüte gegnuoc den ze gloube ist, Dis geschach

vnd wart dirre | brief gegen ze zovingen do man von vnsers  
herren gebürte zalte drüchen- | henhundert Jar vnd fünf Jar an  
der nestvn mitwochvn nach sant Mauritivn- | tag Und ze eime  
vfkunde vnd stete dis dinges so han ich min ingesigel | an disen  
brief gehnchet.

<sup>1)</sup> Das Siegel mit der Umschrift: †. S. RVDOLFI. DE. ROKLISWILE.

## 22.

1314 Febr. 24.

Ritter Johannes der Grimme und Werner von Grünenberg und Ritter Walther  
von Bütikon sprechen als Schiedleute Twing und Gericht von Ludlingen  
und das Georgenholz zu Langenthal, gegenüber den Ansprüchen Berchtold's von Buchegg, des Landeskonthur des Deutschritter-Ordens, dem  
Kloster St. Urban zu.

Wir Johans der grimme ritter, Wernher sin Vetter ein edel-  
man bede von Gruenenberg, vnd Walther von Büttenkon ritter |  
twer kint an disem brieue alrmenschlichem die in ansehent oder hö-  
rent lesen. Das ein stos, vnd ein ansprechunge was enzewu- |  
schent den Geisslichen herren dem Apt'e vnd saminung von sant  
urban des ordens von Hitels einhalb, vnd dem Landkommun= |  
dur von Buochegge der tuschen herren, vnd sinen bruedern ander-  
halb, als vñ dem twing, vnd gerichte von Ludlingen, vnd | vñ  
das holz ze Langathon das da heizet seit Georgien holz, dü  
für ir eigen ze beiden siten ansprachen, an vns drie | als anrechte  
schidlute, von beiden teiln willelich, vnd einhelleklich der selbe  
stos, vnd ansprechunge vs zerichtenne wart | verlassen, also ob  
vñser gewene an der vñrichtunge einhelle wrdin, das der dritte  
denne not zevernemen were. Also wrden wir | drie einhelle an  
der sache, vnd sprachen vs einhelleklich vñ vñsern eit vñenrecht,  
swie der vorgenant Apt. her Wernher | von sant urban, zuo im  
mit zwein gemeinen maunen bi geswornen eide vrzügen mochte  
das er den selben twinc vnd ge- | richte von Ludlingen vnd das  
vorgenant sant Georgen holz als lange als gewer helfen sol fur  
sin vnd sins gozhuses von | sant urban eigen hette harbracht,

das si im frilich vnd ledelich von des hin solten beliben. Da veriehen wir alle drie | vnbetwungenlich vnd gemeinlich. das der vorgenante Apt von sant urban ze alburron in dem dorf ze vnser Angesicht | vnd da der selbe Lantcommendor zegegni was erzügte mit zweien biderben, vnd gemeinen mannern bi geswornen eide | den die zewene dar um taten, vnd der apt von dem vorgesprochen Lantkommendor des eides wart vrlassen. das er | vnd sin goz-  
hus von sant urban den twing vnd gerichte von Ludlingen vnd  
sant Jorgien holz ze Langaten in rech- | ter besitzunge vnd chefti-  
geli hetti darbracht als lange als rechtv gewer sol, vnd mag hel-  
sen. Also sprechent wir vnd | erteilen bi vnserni eide einhelleck-  
lich vnd gemeinlich das der vorgenante twing vnd gerichte von  
Ludlingen vnd sant | Jorgien holz ze Langatn den Herren von  
sant urban vnd irm gozhus frilich, vnd ledelich als ir rechte  
eigen von dis | hin eweklich sol beliben. Dis sint gezüge die  
hiebi ze gegni waren. Her Johans techau von Langaton. Her  
Belrich von | Grvenenberg ritter. Her Henrich von Erolzwile  
ritter. Walther von Grvenenberg iungher. Wernher von Erols-  
wile. Chvonrat | von Niderwil. Albrecht der Phister, vnd ander  
biderbe lüte die ez sahen vnd horten. Und ze einr bezvgunge  
dirre | dingen so han wir drie vnser ingesigel geleit an disen  
brief. Und wart dirre brief geben vnd gemacht ze | Alburron  
do mon zalte von gottes geburte, tusent, druhundert, vnd vier-  
zehn iar. An dem nehesten sunnentage | nach der alten vasnacht.<sup>1)</sup>

<sup>1)</sup> Die drei Siegel hangen mit den Wappen von Grünenberg und Büttikon; das erste mit der Umschrift: S. .... NEBERC. DE. RETOS...

## 23.

1326 Mai 23.

Herzog Albrecht von Oesterreich entsagt seinen Ansprüchen auf Güter zu Ettiswil und erkennt sie als Eigenthum des Klosters St. Urban an.

Wir Albrecht. von goz gnaden Herzog ze Oesterrich, vnd  
ze Styr, tun kunt offenslich | mit diesem brief, daz vnser getrü-  
wen lieben, Rudolf von Arburg, vnd Walther der | vogt. von

Baden, die vñser lieber Bruoder Herzog Lüpold seliger, ze hörer geben hatte | ein künftschafft zer hören, veber die güter ze. Ettischwile, ob si des Gotshus engen | weren von sant Urban, oder lehen von vns, vnd vñsern Brüdern, die künftschafft | vns geset habent bi ir eyden, daz die lüte, die vber die selben künftschafft, gesworen | habent ein warheit ze sagen, gemeinlich geset habent, daz dü selben güter, mit | getwinge, vnd mit panne, vnd mit der vogtnei, des vorgenanten Gotshus, von | sant Urban, recht engen sie, da von lassen wir si ledig, der ansprach, so wir, ald iemen von vñsern wegen, dar zue hatten, vnd wellen, daz sü fürbaz, an denselben | gütern, ieman irre, oder beswer in deheinen weg. Der Brief ist geben ze Baden | an dem fritag nach vñsers herren Lichnam tag. Do man zalt. von Christes gebürte Drüzenhundert Jar, vnd dar nach in dem Sechse vnd zweizchistem Jar.<sup>1)</sup>

---

<sup>1)</sup> Das große, schöne Reiter Siegel hängt.

## 24.

1328 Juli 26.

Abt und Convent von St. Urban verpflichten sich gegen den Freien Dietrich von Rüti, das Jahrzeit seiner Gemahlin Anna von Balm und ihres Sohnes Johannes zu begehen.

Wir bruoder Johans der Appet, vnd . . der Conuent des gothus von Sant Urban, des Ordens von Cytels Costenzer Bisstuomis | tuon kunt allen den die diesen brief ansehet oder hörent lesen. Daz wir dem bescheidenen Manne. Dietriche von Rüti ein | früen, hein gelobt vnd lobens an disem briese. vron Annen seligen von der Balme sün ewirtin Jarzit, ierglichſ | ze begande, mit gebette, mit vischen vnd mit wine, als es vñr quote Jarzit die wir begangen gewonlich ist, an alle | geverde, ab der Obern mülin ze Phaffenah, dü ierglichſ giltet sechs mütte Rogken Zehen schillinge pheuninge, Vnd Jungher | Johanses seligen ir beider soncs Jarzit sün wir began, mit zwei swinen die eins phundes wert sint vnd mit eim mal- | ter rogken, die ierglichſ

gant ab der Nidern müli ze phafna, mit denselben gedingen als daz vorgenante für muotter seligen | Jarzit. Und dis stete ze hande mit guoten trūwen Aue geverde, dar zu binden wir vns. vnd alle vnsrer nachkommen | mit diesem gegenwärtigen brieve. Aber ze einer merer steti, vnd och ze einem waren vnd offenen vrfunde dis selben din= | ges So han wir vnsrer Ingessigel gehenket an disen brief. Der gegeben wart do man von gottes geburte zalte | Thusent, drü hundert Jar, darnach in dem Echewe vnd zweihigsten Jare morgendes nach sant Jacobs tage des Zwölf | botten.<sup>1)</sup>

<sup>1)</sup> Das Siegel hängt. — Der Name „Anna“ ist von anderer Hand als der Brief; ein längerer Name wurde ausradirt. Im Necrologium von St. Urban heißt es Mai 19.: „Obiit domina Adelhedis de Rüti de-dit. 1. Scoposam“ (Geschfrd. XVI, 21); es scheint dieses die Gemahlin Dietrich's von Rüti zu bezeichnen, da die Ueberbleibsel der ausradirten Stelle übereinstimmen. Ob sie die Schwester des Königsmörders Rudolf ist? Cysat erwähnt einer Urkunde von 1305, in welcher Friedrich von Balm und seine drei Söhne Ulrich, Rudolf und Guntram vorkommen. Das alte Jahrzeitbuch von Glumenthal bei der Balm am Jura gedenkt unter andern Gliedern des Geschlechtes Friedrich's auf Febr. 10. (Sol. Wbl. 1845, 15), vgl. Kopp, Gesch. d. eidg. Bünde IV 1, 293 u. V 1, 348.

## 23.

1340 Sept. 23.

Ritter Johannes der Grimme von Grünenberg und sein Sohn Berchtold treten an ihre Vettern Petermann und Heinemann von Grünenberg den vierten Theil des Widemhofes und Kirchensatzes von Burgrain ab.

Wir Johans von Grünenberg Dem man spricht der Grimme Ritter, vnd Berchtold sin sun Frygen, Züon | kunt, Allen den die Disen brief ansehet Oder hörent lesen, Daz wir als fryge lüte willeklich | vnd frilich Dur vnsers nužes willen Hand hin gegeben für vns vnd vnsrer erben Unsren Lieben | Vettern, Petermanen vnd Heinemannen von Grünenberg gebraudern, vnd ir Erben, Alle | vnsrer rechtunge vnd vnsfern teil, Daz ist mit namen der vierde teil den wir hatten an dem | quote der fünf Schuoppussen ze Burgrein vnd an dem vogtrechte ze Burgrein vnd an dem | Kilchensatz Burgrein, der darin höret, mit allem

Rechte so dazu höret. Und geloben für | vns und alle vnser  
erben, vnd nachkommen Daz stet ze habenne gegen Inen und ge-  
gen ir erben | vnd niemer da wider ze Tuende, noch an ze spre-  
chenne weder an geislichem noch an weltlichem gerichte | noch  
vssered gerichte, noch nieman ze gehellenne der ez tete, vnd ver-  
zihen vns dar über aller | hilfe geisliches und weltliches gerich-  
tes, vnd aller rechten, vnd vszügen iechliches sunderlich, | oder  
aller gemeinlich, Damit wir oder vnser erben Oder ieman von  
unser wegen hie wider dirre gabe möchtin gesprechen, getuon kei-  
nen weg, aue alle geuerde. Und har vmbe | hand vns die vor-  
genanten vnsern vettern Peterman vnd Heinßman, als vil ge-  
tan ze vnserm nutzze | daz er verre für diſe gabe Triffet, die  
wir inen getan hant als hie vor geschriben | stat. Wir geloben  
ouch beidū für vns vnd vnser Erben, dez vorgenant quotes, vog-  
teye, vnd dez | Kilchen satzes ze Burgrein, Der obgenanten vn-  
ser vettern Petermans vnd Heinßmans vnd | Aller ir erben,  
rechte weren ze ſtune an geislichem und an weltlichem gerichte,  
wa vnd | wenne ſi darvmbe angesprochen werdent, vnd ſin be-  
durfen wider menlichen aue alle | geuerde. Und ze Einem Of-  
ſenen vnd waren vrkunde alles dez so da vor geschrieben stat |  
ſo han wir Johans vnd Berchtold von Grünenberg die vorge-  
nanten vnsern eigen Ingessigel | gehenket an diſen brief Der ge-  
ben wart ze Burgdorf do man zalte von | gottes gebürte Drü-  
zehen hundert iar vnd da nach in dem vierzegosten iare, an dem |  
nechsten ſamstag nach ſaint Mauritien tag.

<sup>1)</sup> Die beiden Siegel hangen. — 1357 Sept. 28. verkaufen der Edelknecht Ulrich von Grünenberg, genannt Schnabel, einen Achtel, und 1358 April 3. der freie Walter von Grünenberg einen Viertel des Kirchens-  
ſatzes von Burgrain an ihren Vetter Ritter Petermann von Grünenberg (Archiv St. Urban), vgl. Geschichtsfreund XVI, 35. — Zur Berichtigung der Grünenbergischen Stammtafel (H. v. Liebenau, Arnold Winkelried S. 233) geben diese Urkunden an, daß die Brüder Petermann und Heinßmann nicht Brüder, sondern Vetter Berchtold's und Söhne Arnolds und der Adelheid Schaler, daß Ulrich der Schnabel nicht der Sohn Walter's, sondern wohl eher Ulrich's und der Maria von Ugin-  
gen sind.

## 26.

1395 Jan. 3.

Herzog Leopold von Oesterreich bestätigt dem Kloster St Urban alle von seinen  
Vordern erlangten Freiheiten und nimmt dasselbe in seinen Schirm.

Wir Leupolt von gots gnaden Herzog zu Oesterreich zu Steir  
zu Kärnden vnd zu Krain graf zu | Tyrol, ic. Tuon fund,  
daz wir für die hochgeborenen fürsten, unsere lieben veteren unseren  
Bruoder | vns vnd unsere erben, den erbern geistlichen unseren  
lieben andächtigen dem Abt vnd dem Con- | uent, des Chlo-  
sters zu Sand Urbanen, des ordens von Citeis, wer ie die sind,  
durch irer | diemuetigen vnd fleizigen bete willen, vnd von sun-  
dern gnaden, all ir gnad freihait Recht | vnd quot gewonhait,  
so si von unsern vordern seligen gehebt vnd herbracht habent,  
nach irer | briesen liut vnd sage, die sie von in haben, genz-  
lich bestett haben vnd bestetten, und meinen | vnd wellen auch sy  
vesticlich dabez zu schirmen vnd zu halten ungeuerlich. Dauon  
emphel- | hen wir den edeln unsru lieben Ohemen, allen grauen,  
unsern lieben getrūwen allen freien | herren Rittern vnd knech-  
ten, Lantuogten, vögten, vnderuögten vnd Ambtlüten. Steten, |  
Burgermeister, Schultheissen Räten Burgern vnd auch allen un-  
seren getrūwen vndertanen, | den diser brief gezaigt wirt, vnd  
wellen auch ernstlich, daz ir si dabh beleiben lassent, | vnd da-  
wider nicht tuend noch kömend, noch gestattent zetun noch zekömen  
in dheimer wiß | ungeuerlich. oder ir tätet gänzlich wider vns. Wan  
wir auch das gar ernstlichen meynen | Mit vfkund diß bries. Geben  
zu Taur am nächsten Sonntag vor dem zwelsten tag zu Wich-  
nachten. Nach Kristis gepürd Drünzehenhundert Jar, darnach  
in dem fiinf vnd | newnzigistem Jar.

---

<sup>1)</sup> Das schöne Siegel hängt.

---